



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

De venerabili Eucharistiæ sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

sed etiam pro tota familia, & tit. 4. q. 2.4. num. 15. Erasim. à Cochier de iurisd. ordin. in exemptos p. 1. q. 31. num. 7. & p. 2. q. 45. num. 77. & num. 97. ubi dicit quod Episcopus animaduertit in Rectores hospitalium, leprosariorum, eleemosynarum, aut xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur ut oportet in administratione, non obstante quacunque exemptione.

2. De omnibus locis pijs Episcopo rationem reddendam esse ab administratoribus, siue ea sint publica, siue priuata, Ecclesiastica, vel laicalia, refert decimum Armeniarum. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. lib. 7. num. 78. quem refero Ego ipse de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 75. num. 78. Aduertit tamen Gabr. Pereira d. p. 1. cap. 16. num. 15. quod executores compelli non possunt ab Episcopo si exprimitur quod relicta implent quando voluerint, quia tunc tempus mortis ipsorum expectandum est, nisi aliud ex operis, vel mandati forma appareat quod in contrariam trahat sententiam, ut boni viri arbitrio standum sit, vel si testator secrete iubeat eleemosynas facere, quia tunc iniuncte compelleretur personas exprimere.

3. Rationes administrationis Ordinarium exigere posse ab administratoribus donec eorum eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus cautum sit refert decimum Marti de iurisd. p. 2. cap. 18. num. 9. & 10. Ego ipse d. alleg. 75. num. 58.


Si quis administrator priorum locorum, videns se restrictum ad reddendam rationem suae administrationis appellaret, licet admittatur appellatio, non propter hoc impediri, aut suspendi executionem attestatur resolutum Zerol. in praxi Episcopi. p. 1. verb. Hospitalis §. 3. vers. 6. quem refero Ego ipse d. allegat. 75. num. 62.

4. Rationes ab administratoribus hospitalium, & priorum locorum pluries repeti posse, praecipue quando Episcopo constitit illas dolose redditas fuisse, vel quando redditio non fuerit finalis, & plena cum restitutione reliquorum, resoluit Aloyt. Ricc. in praxi rerum furi Eccles. resolut. 134. in 2. edit. quem refero Ego ipse d. allegat. 75. num. 63.

Rationes non debet exigere Episcopus, aut Capitulum tempore, quo recitantur horae canonicae, & diuina celebrantur, referunt decimum Armeniarum. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 79. vers. noque. Nicol. Garc. in addit. ad suum tract. de benef. par. 3. cap. 2. num. 568.

Rationem administrationis operum priorum ad curam Capituli pertinentium, potest Episcopus solus sine coniudicibus exigere, dummodo non procedat ad priuationem, vel alias criminaliter in forma iudicij, vt per Aldan. in compendio canon. resolutionum lib. 3. tit. 3. num. 8. ubi refert decimum in Oriolen. 27. Martij 1632. ad 7.

Circa administrantes bona ad monasteria monialium etiam Regularibus subiectarum pertinentia, an & quomodo teneantur rationem administrationis reddere Episcopo loci, prouisum fuit per nouam conitit. Gregor. XV. de exemptorum priuilegijs, incip. Infortunabili, sub dat. Nonis Februarij 1622. per haec verba, Sed administrantes bona ad eiusmodi monasteria sanctimonialium, vt praefertur, etiam Regularibus subiectarum pertinentia, siue Regularibus existerint, siue seculares quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis solum exigendas reddere teneantur, ad id quo iuris remedijs cogi, & compelli queant. Licet Episcopo ex rationabili causa superiores Regulares ad mouerem, ut huiusmodi administratores ad mouerent, usque superioribus id facere destrictantibus, aut negligentibus, habent Episcopus facultatem praedictos administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit. Huicenus dicta constitutio. Super qua S. Congregat. Eminentissimi norum Cardinalium S. Conci. Trident. interpretum censuit Episcopum non teneri causam illam rationabilem significare superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentia Episcoporum, quorum conscientiam S. Congregat. factio operauit, ne facultate sibi hac in parte attributa quouo modo abutantur, eius rei in districto Dei iudicio rationem reddituris quam quidem declaratione propria, & originale praeminibus habuit, & postea cum alijs in typographia R. Camerae Apoit. impressam vidi de anno 1623.



SESSIO XIII.

De venerabili Eucharistiae Sacramento.

SA CRO S A N C T A oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata praesidentibus in ea eisdem sanctae Sedis Apostolica Legato, & Nuncijs etsi in eum finem, non absque peculiari Spiritus sancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt veram, & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & vt haeresibus omnibus, & alijs grauissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitur, & in multas & varias partes scinditur, remedium afferret, hoc praesertim iam inde à principio in votis habuit, vt stirpitus conuelleret zizana execrabiliu errorum, & schismatum, quae inimicus homo his nostris calamitosi temporibus, in doctrina fidei, vsu, & cultu sacrosanctae Eucharistiae superfeminauit, quam alioqui Saluator noster in Ecclesia sua, tanquam symbolum reliquit eius vnitatis, & charitatis, qua Christianos omnes inter se coniunctos, & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta Synodus sanam, & sinceram illam de venerabili hoc & diuino Eucharistiae Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Iesu Christo, Domino nostro & eius Apostolis erudita, atque à Spiritu sancto, illi omnem veritatem in die suggerente, edocta, retinuit, & ad finem vsque saeculi conseruabit: omnibus Christi fidelibus interdicit, ne posthac de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut praedicare audeant, quam vt est, hoc praesenti decreto explicatum atque definitum.

Vide Theologos cum Magistro in 4. dist. 8. S. Thom. à quast. 73. Aldan. & Valent. de Eucharistia, Dionys. de Eccles. hierarchia, cap. 3. Angles in floribus theolog. quast. ubi de Eucharistia, Lancellor. in sit. de Eucharistia, Cuch. in tit. de Sacramento Eucharistiae, Cardin. Bellarm. in contro. uers. cathol. lib. 2. de Eucharistia, Henric. in summa lib. 8. de sanctiss. Eucharistia, Iacob. de Graff. in aurois decip. p. 2. lib. 1. cap. 6. Barthol. ab Angelo in exanime confessorum Coll. Barbof. in Conci. Trid.

dialog. 4. Claud. Sainctes in repet. de Eucharistia, Petr. Soto in lect. de Euchar. Hefselianus de Communionis sub vtraque specie, Anton. Raguc. in lucerna Parochor. tract. de Eucharist. Petr. de Ochogama de Sacrament. tract. de Eucharist. Ioan. de Lugo tomo 1. tract. de Venerabili Eucharistia Sacramento. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 7. cum segg. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharistia. Ioan. de la Cruz in directorio tract. de Eucharist. Ludouic.

F de

Matth. 13.

a Luca 22. c. 1. ver. ego pro te 21. dist. & infra sect. 22. c. 1. & sub sect. 3. Ioan. 16.

de san Iuan in summ. p. 1. tract. de Eucharist. Arbol. de Eucharistia. Zanard. in direct. Confess. p. 1. tract. de Eucharist. Trullench. in decalog. lib. 4. c. 5. de obligatione sumendi Eucharistiam. Gabr. Vazq. in 3. p. D. Thom. tom. 3. quest. 73. disput. 177. cum segg. Petr. de Ledesma in summa part. 1. tract. del excellentissimo Sacramento del Altar que se llama Eucharistia. Soar. tom. 3. de Sacrament. disput. 39. cum segg. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Eucharistia.

Agid. de Coninck de Sacrament. & censur. tom. 1. quest. 73. Galganet. de iure publico lib. 3. tit. 87. Mollet. in summa Theolog. moralis tract. 2. cap. 1. cum segg. Bonacina de Sacrament. disput. 4. quest. 2. Fernandez in examine Theologia moralis part. 2. cap. 4. Filliuc. in quest. moralibus tract. 4. de Eucharistia. Fagunde. in quinque Eccles. precepta part. 3. de sumenda Eucharist. Paul. Layman in Theolog. moral. lib. 5. tract. 4. de venerabili Sacrament. Eucharistia.

De reali presentia Domini nostri Iesu Christi in sanctissimo Eucharistia Sacramento.

C A P V T PRIMVM.

- 1 Per verba consecrationis constituitur Christus verus Deus & homo sub speciebus panis, & vini.
2 Corpus vnum, & idem, per diuinam potentiam potest esse in pluribus locis.
3 Benedictio illa Christi super panem fuit distincta à consecratione.

Ioann. 7.

a Cap. I. de sum. Teinit. supra fess. 3. in symbol. Ephes. 1. Marc. 1. in fin.

b Matth. 19. Luc. 18.

c Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

d 1. Cor. 11.

e Tim. 3.

Pincipio docet sancta Synodus, & aperte, ac simpliciter profitetur, in almo sancto Eucharistia Sacramento, post panis, & vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum, atque hominem, verè realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum mensurabilem contineri. ^a Nec enim hæc inter se pugnant, ^b vt ipse Saluator noster semper ad dexteram Patris in caelis affideat, iuxta modum existendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, ^c possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissimè credere debemus, ita enim maiores nostri omnes, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cena Redemptorem nostrum instituisse, cum ^d post panis, vini que benedictionem se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem, disertis, ac perspicuis verbis testatus est. ^e Quæ verba à sanctis Euangelistis commemorata, ^f & à dno Paulo postea repetita, cum propriam illam, & apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam à Patribus intellecta sunt, indignissimè sanè flagitium est, ea à quibusdam contentiosis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & sanguinis Christi negatur contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tanquam columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta, velut Satanica, detestata est, grato semper, & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

1. **V**ide Soar. in 3. p. tom. 3. quest. 75. art. 1. disp. 46. per sex sectiones. Valent. tom. 4. disput. 6. q. 3. puncto 1. Henric. in summa lib. 8. cap. 20. à princip. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini part. 2. lib. 3. cap. 1. à princip. & cap. 2. vers. at sententia communis scholarum. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 29. num. 9. Agid. de Sacrament. & censur. tom. 1. quest. 78. num. 14. Petr. de Ledesma in summa p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, cap. 1. Chamerot. de Sacrament. vbi de Eucharistia, cap. 6. concl. 1. Bonacina de Sacrament. disput. 4. quest. 3. puncto 5. num. 1. Hurtado de Sacrament. tract. de Eucharist. disput. 5. diff. 14. in prime. vbi quod Christus verè, & realiter, & substantialiter est in Eucharistia.

2. ^a Nec enim hæc inter se pugnant, &c.] Non implicat per diuinam potentiam vnum, & idem corpus esse in pluribus locis, non solum sacramentaliter, verum etiam localiter, & concedunt ac fusillimè disputant Philosophi,

& Theologi, præsertim Valent. d. disput. 6. quest. 3. puncto 1. §. 22. Agid. de Coninck d. tom. 1. quest. 75. art. 4. dub. 3. Angl. in floribus Theologicis, vbi de Eucharistia, quest. 4. art. 8. concl. 1. Cardin. Bellarmin. de Eucharistia lib. 4. cap. 3. Hurtado d. tract. de Eucharist. disput. 5. diff. 11. & 12.

^b Post panis, vini que benedictionem.] Verum benedictio illa Christi super panem fuerit distincta à consecratione? Affirmat Soar. de Sacram. disput. 58. sect. 2. & Agid. de Coninck d. disput. 78. num. 14.
^c Quæ verba à sanctis Euangelistis commemorata.] Videhæc à Matth. cap. 26. vers. 26. Marc. cap. 14. vers. 22. Luc. cap. 22. vers. 19. & à Ioan. cap. 6. vers. 25. & 1. ad Corinth. cap. 11. vers. 24. de quibus late Henric. in summa lib. 8. cap. 16. Soar. d. disput. 58. & 59. Valent. d. disput. 6. quest. 1. Camerot. de Eucharistia c. 7. Bartholem. ab Angelo dialog. 4. §. 361. Valer. Reginald. in praxi fori panitent. lib. 29. num. 26. cum segg. Bonacina d. disput. 4. quest. 3. puncto 1.

De Ratione institutionis huius Sanctissimi Sacramenti.

C A P V T II.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
2 Eucharistia Sacramento quando institutum.
3 Liberat à culpis quotidianis.
4 Preseruat à peccatis mortalibus.
5 An aliquando per accidens remittat mortalia.
6 An auferat panam temporalem.

a Psalm. 110.
b 1. Cor. 11.
Luc. 22.
cap. iteratur.
de consecr.
diff. 2.

Ergo Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, a Sacramento hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris velut effudit, ^a memoriam faciens mirabilium suorum, & in illius sumptione, ^b colore nos sui memoriam præcepit, suamque annunciat mortem, donec ipse ad iudicandum mundum veniat. ^c Sumi autem voluit Sacramento hoc, tanquam spiritua-

lem

lem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse uiuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præsueremur. Pignus præterea id esse uoluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoq; symbolum vnus illius corporis, cuius ipse caput existit, cuique nos, tanquam membra arctissima, fidei, spei, & charitatis connexionem astrictos esse uoluit, ut id ipsum omnes diceremus. Nec essent in nobis schismata. ^d

f. 1. Cor. 11.
Ephes. 5.
Rom. 12.
1. Cor. 1.
d. 1. Cor. 1.

1. Vide Ægid. de ConineK de Sacrament. quest. 78. num. 21. Vazq. in 3. p. S. Thom. tom. 2. disp. 169. num. 15. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 29. à num. 9. Galganet. de iure publico lib. 3. tit. 87. num. 7. Molfes. in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 6. num. 6.

2. a Sacramentum hoc instituit, &c.] Sanctissimum Eucharistia Sacramentum institutum fuisse à Christo prima die Azymorum in vltima cœna, ea nocte, qua tradendus erat, patet Luc. 22. Marc. 14. & Matth. 26. Ambros. lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5. & in lib. de inition. myst. cap. 9. Damascen. lib. 4. cap. 14. ad fin. S. Thom. in 4. dist. 8. quest. 1. art. 3. & part. 3. quest. 73. art. 3. Henric. in summa lib. 8. cap. 2. §. 2. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. num. 1. Scortia lib. 1. de sacrificio Missa cap. 10. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 2. quest. 3. art. 1. vers. de Eucharistia Sacrament. Vazq. disput. 177. & 205. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 9. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiæ tract. 4. cap. 9. quest. 79. Fernandez in examine Theologia moralis p. 3. e. 4. §. 1. Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Eucharist. disput. 11. in princ. vbi ait Christum Dominum consecrasse ipsum verbis, quibus nos docuit consecrare, Torrelblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 7. num. 9. Molfes in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 1. num. 10. Fagundes in quinque Ecclesia præcepta p. 3. lib. 4. cap. 2. à num. 1. Bonacina de Sacram. disput. 4. quest. 1. puncto 2. num. 2. vbi num. 3. cum Sor. Piug. Angl. & Petanto tenet potuisse Deum de potentia absoluta ante Christi incarnationem ponere Christum in Sacramento Eucharistie; cum enim hoc non implicet, Deus potuisset speciali miraculo creare corpus anima rationali informatum, illudque verbo diuino vnire, & in solo Eucharistie Sacramento constitutere.

β Colere nos sui memoriam præcipit.] Vide Luc. cap. 22. vers. 19. cap. iteratur de consecrat. dist. 2. S. Thom. 3. p. quest. 73. art. 5. Nugn. ibid. Bonacina d. disput. 4. quest. 1. puncto 2. num. 1. Ex quibus verbis colligitur & docent esse præceptum diuinum fumendi Eucharistiam plures, quos relet & sequitur Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Eucharistia disp. 10. diffie. 1.

γ Sumi a se uoluit, &c.] Vide Ioan. Sanci. in select. disput. 33. num. 3. & disput. 40. num. 8.

δ Et ipse uiuet propter me, &c.] De hoc spirituali effectu Sacramenti Eucharistie vide Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de Venerabil. Euchar. Sacrament. disput. 12. sect. 4. num. 89.

ε Quo liberemur à culpis quotidianis.] Vide Petr. Ledesma in summa p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, cap. 10. conclus. 10. Filiuc. in quest. moralibus tom. 1. tract. 4. num. 155. Querit Ioan. de Lugo d. disput. 12. sect. 4. num. 83. quomodo hic effectus proueniat ab Eucharistia, an immediatè, an mediante aliquo actu quo homo disponatur ad remissionem peccati? & ait, Suar. cum communiori sententia sentire, utroque modo prouenire, scilicet vel excitando feruorem charitatis, quo homo disponat se per propriam operationem, vel etiam immediatè delendo maculam venialis, ad quod inquit sufficere quod præcedat negatio affectus, seu complacentia ad veniale, licet non præcesserit detestatio sufficiens ad tollendum illum sine vilo Sacramento. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 8. diffie. 9. in princ. vbi postquam dicit Theologos conuenire, per Sacramentum Eucharistie remitti peccata venialia quoad culpam, querit, & disputat an etiam per illud remittantur immediatè, & ex opere operato.

ζ Et à peccatis mortalibus præsueremur.] Ratio est, quia cum Eucharistia per modum cibi instituta sit, conficere debet robur ad vitam spiritualem, & consequenter præseruationem à mortalibus, tum, quia Ioan. 6. dicitur, Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur; non mori autem est præseruari à mortalibus, quæ mortem anima inferunt. Ita Petr. de Ledesma d. cap. 10. concl. 15. Viuald. in candel. aureo, vbi de Eucharistia, cap. 11. num. 1. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 8. diffie. 7. vers. Catholicis, vbi diffie. 9. in fine, dicit, Sacramentum Eucharistie causare ex opere operato præseruationem à mortalibus ex institutione diuina, non immediatè, sed tantum mediatis auxilijs efficacibus, quæ dignè fumentur conferuntur ex opere operato, Vazq. tom. 3. disput. 205. num. 2. Bartholom. ab Angelo dial. 4. §. 395. & 397. Bonacina d. disput. 4. q. 4. puncto 1. nu. 4. Molfes in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 8. à num. 76. Ioan. Sanci. in select. disp. 28. num. 7. latè Ioan. de Lugo d. disput. 12. sect. 4. à num. 85. vbi tribuit Eucharistie hunc effectum præseruandi à mortalibus multipliciter: primò, quatenus confert abundantem gratiam gratum facientem: secundo, quatenus virtute huius Sacramenti anima spirituali dulcedine delectatur: tertio, quatenus hoc Sacramentum fugat demones, qui concupiscentias inordinatas solent excitare: quarto, quatenus, qui recipit hoc Sacramentum, accipit speciale lumen à Deo, quo lumine mediante prauis moribus, & tentationibus minuuntur & sopiuntur. Idem Ioan. de Lugo de Poenit. disp. 9. sect. 3. nu. 45.

An aliquando Eucharistie Sacramentum per accidens remittat mortalitatem in eo videlicet peccatore, qui bona fide accedit? vide Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 8. diffie. 3.

Utrum Sacramentum Eucharistie auferat poenam temporalem? vide Sor. tom. 3. disp. 63. sect. 10. & disput. 64. sect. 1. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 142. Barthol. ab Angelo d. dial. 4. §. 396. Bonacina d. puncto 1. num. 9.

Pignus præterea id esse uoluit, &c.] Vide Vazq. in 3. p. D. Thom. tom. 2. disput. 169. num. 13. Petr. de Ledesma d. cap. 10. conclus. 6.

De Excellentia sanctissimæ Eucharistie super reliqua Sacramenta.

C A P V T III.

- 1 Eucharistie Sacramentum inter omnia excellentissimum, maximeque diuinum est.
- 2 Christi corpus sub speciebus panis ex vi verborum

- ponitur vinum, & informatum anima.
- 3 Sanguis Christi tantummodo ponitur sub speciebus vini ex vi verborum.

Commune hoc quidem est sanctissima^a Eucharistia cum cæteris Sacramentis, symbolum esse rei sacræ, & inuisibilis gratiæ, formam visibilem; verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua Sacramenta, tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis vitur, at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est. Nondum enim^c Eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant, cum verè tamen ipse affirmaret corpus suum esse, quod præbebat, & semper hæc

d Cap. sacrificii de conf. dist. 2.
e Cap. multi. q. 1.
f March. 20. Marc. 14.

Barbos. Collect. in Concil. Trid.

Infra can. 7.
Rom. 6.
cap. semel
Christus c.
iteratur; e.
singuli. & c.
qui mandu-
cant de conf.
diff. 2. infra
canon. 3.

fides in Ecclesia Dei fuit, a statim post consecrationem, ^d verum Domini nostri corpus, verumque eius sanguinem sub panis & vini specie vna cum ipsius anima & diuinitate existere, sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum, ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub vtraque; vi naturalis illius connexionis, & concomitantia, qua partes Christi Domini, ^e qui iam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se, copulantur: diuinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypostaticam vniionem. Quapropter verissimum est, ^f tantundem sub alterutra specie, atque vtraque contineri. Totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.

1. Vide Dionys. de Ecclesiast. hierarchia, cap. 3. Chrysoft. homil. 60. ad populum, & cap. 83. in Martham, Catechisin. Roman. de Eucharistia, Sor. in 4. dist. 1. quæst. 4. art. 6. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 6. Soar. tom. 3. disput. 30. sect. 2. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Eucharistia, cap. 29. & 30. Balduin. un. super opera controuers. Bellarmini part. 2. lib. 3. cap. 5. Vazq. in 3. part. D. Thoma tom. 3. disput. 186. num. 5. Aegid. de Coninck de Sacrament. & censur. q. 76. num. 2. & quæst. 79. num. 35. Petr. de Ledefma in summa p. 1. vbi de Eucharistia, cap. 7. conclus. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pauciter lib. 29. num. 4. & 5. Bonacin. de Sacrament. disput. 1. q. 1. puncto 2. in fine, Molfes. in summa Theologia moralis, tract. 3. cap. 3. num. 30. & cap. 5. num. 21. Layman in Theologia moralis lib. 5. tract. 4. cap. 1. num. 3. Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Venerab. Eucharist. Sacramento disput. 3. sect. 7. num. 51. & disput. 8. sect. 3. num. 21. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 1. diffie. 1. in fine, vbi quod præstat, & excedit reliqua Sacramenta.
2. a Statim post consecrationem, &.] Sub speciebus panis ex vi verborum ponitur Christi corpus viuum, infor-

matum anima, & humoribus, ac cæteris partibus, non solum spectantibus ad substantiam, verum etiam pertinentibus ad ornatum corporis Christi, ita S. Thom. 3. p. q. 76. art. 1. ad 3. Henriq. in summa lib. 8. cap. 26. §. 1. in commento littera F. plures apud Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quæst. 3. puncto 5. num. 10. & 11. vbi num. 16. cum Angl. & Iacob. de Graff. obseruat sub speciebus panis adesse sanguinem Christi, non ex vi verborum, sed concomitantè.

3. b Et sanguinem sub vini specie, &c.] Sub speciebus vini ex vi verborum ponitur tantummodo sanguis Christi, quia sanguis Christi primario significatur, & in ipsum conuertitur vinum; ergo sanguis Christi existit sub speciebus vini ex vi verborum; cætera vero, quæ sunt coniuncta Christo, ponuntur sub speciebus per concomitantiam, ita Philarch. de officio Sacerd. part. 2. lib. 1. cap. 20. Barthol. ab Angelo dialog. 4. §. 145. Aegid. de Coninck d. quæst. 76. art. 1. num. 5. Bonacin. d. punct. 5. num. 13. & alij proximè citati, Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Euchar. disput. 5. diffie. 5.

De Transubstantiatione.

CAPVT IV.

Lucæ 22.
Ioann. 6.
1. Cor. 11.
b Cap. panis
de conf. diff.
2. c. cñ Mar-
thæ de celeb.
Miss. infra
can. 2. Inn. 2.
Later. Conc.

Quoniam autem Christus, Redemptor noster, corpus suum id, ^a quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ ^b panis, & in substantiam corporis Christi, Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter, & propriè à sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.

Vide cap. panis, de consecr. diff. 2. cap. cum Martha, de celebrat. Missar. S. Thom. part. 3. quæst. 75. art. 2. vbi Nugn. diffie. 1. & art. 4. diffie. 1. Victor in summa, vbi de Eucharistia num. 66. Iodoc. Coce. in thesauro Catholico tom. 2. lib. 6. art. 1. Henriq. in summa lib. 8. cap. 22. Soar. tom. 3. disput. 58. Valent. tom. 4. disput. 6. quæst. 3. puncto 2. Vinald. in candel. aureo, vbi de Eucharistia, cap. 7. num. 20. Chamerot. de Sacram. vbi de Eucharistia, cap. 6. Vazq. in 3. p. D. Thoma q. 75. disput. 181. Aegid. de Coninck de Sacrament. & cens. tom. 1. q. 75. num. 49. cum seqq. & à num. 171. Petr. de Ledefma in summa part. 1. de Sacram. vbi de Eucharistia, cap. 6. conclus. 1. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pauciter lib. 29. à num. 34. Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. 3. puncto 6. §. 2. Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 3. c. 5. num. 14. Filluc. in quæst. moralib. tract. 4. nu. 124. cum seqq. multos ex SS. Patribus refert Torrelanca de iure spirit. lib. 2. cap. 8. num. 57. cum seqq. Hurtado de Sacrament. tract. de Eucharist. disput. 4. diffie. 2. vers. veritas, & diffie. 3. & 4.

In substantiam corporis, &c.] Aduertit Ioan. de Lugo d. tract. de Venerabili Eucharist. Sacram. disp. 8. sect. 4. num. 98. Patres Concilij per substantiam corporis noluisse includere organizationem substantialem prouenientem formaliter ab ipsa forma rationali.

b Et totius substantia vini in substantiam sanguinis eius.] Ergo videtur quod sola substantia vini conuertitur in sanguinem Christi, & non aqua; sed argumentum non bene procedit, nam Catholica veritas est aquam simul & vinum transubstantiari in sanguinem Christi, ita Cardin. Tolet. in sum. lib. 2. c. 25 §. rursus siue vinum, Henriq. lib. 8. de Eucharist. cap. 12. Alex. Pefant. in 3. p. q. 74. artic. 8. disput.

2. Aegid. de Coninck de Sacrament. tom. 1. quæst. 74. artic. 8. Ioan. Baptist. Scortia de Sacrific. lib. 4. c. 1. nu. 14. Ioan. Præposit. d. quæst. 74. art. 8. dub. unico. Layman in Theolog. moralis lib. 5. tract. 3. cap. 1. num. 9. Antonin. Diana moral. resol. p. 3. tract. 4. de Sacram. resolut. 49. late Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tractat. de Venerabili Eucharist. Sacramento disputat. 4. sect. 3. per tot. num. 39. cum seqq. vbi num. 63. dicit in præfenti vini nomine intelligi ea, quæ ingredientur ad componendum vinum vfuale in ratione vini compositi ex vino mero, & modica aqua, illud quippe compositum est propriè vinum vfuale; quare partes omnes, quæ illud componunt, veniunt appellatione vini, non vt scorsim sumptæ, sed vt componunt illud poculum, quod est vinum; & num. 65. respondet ad alia verba huius decreti, quæ in contrarium facere videbantur.

Consecrationis verbis cum debita intentione à Sacerdotibus prolatis panis, & vinum (vt verbis S. Thom. opusc. 4. vtat) in corpus, & sanguinem Christi transubstantialiter conuertitur, & Christus Deus, & homo perfectus, & in tanta quantitate, quanta sunt in Cruce, & est in celo, sub modici panis specie taliter continetur, vt manducetur à fidelibus, & minime laceretur, taliter continetur, vt diuidantur species; Christus verò Dominus integer perseveret: quia nec augetur ex augmento, vel pluralitate specierum, nec ex ipsarum paruitate, aut paucitate minuitur. Taliter continetur vt diuisis speciebus sub quauis diuisionis particula totus Christus Dominus integer perseveret. Taliter continetur vt accidentia etiam sine subiecto eodem existant, & absque panis, & vini substantia eundem effectum habeant

ac prius faciando, & inebriando. Taliter continetur, vt fides locum habeat dum visibile inuisibiliter sumitur sub aliena specie occultatum, & sensus a deceptione redduntur immunes, qui de accidentibus iudicant sibi notis. Quid igitur hoc mysterio mirabilis, in quo tot, tantaque adunantur mysteria? quid hoc Sacramento salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantia

impinguitur? quid hoc conuiuium suauius, in quo Christus sumitur, recollitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur? O insigne miraculum! O admirabile, & diuinitimum Sacramentum! quae mens non expaueat? quis intellectus non deficiat? omnis sensus hebescit, omnis ratio euanesceat; prorsus Dialecticorum inquisitio absit, hoc sola fides probat, & agnosceat.

De Cultu, & ueneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

C A P V T V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Festum corporis Christi quando institutum.
- 3 Officium corporis Christi composuit S. Thomas Aquinas.
- 4 Festum corporis Christi tempore interdicti apertis Ecclesiarum ianuis celebrari potest.
- 5 Processio corporis Christi in eius festo debet inchoari a Cathedrali.

Nillus itaque dubitandi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto patriae cultum, qui uero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in ueneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum. Nam illum eundem Deum praesentem in eo adesse credimus quem Pater aeternus introducens in orbem terrarum dicit: ^b Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procedentes adorauerunt, ^c quem denique in Galilea ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura relatur, Declarat praeterea sancta Synodus, pie & religiose admodum in Dei Ecclesiam ^d inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis, ^e peculiari quodam, & festo die, praecelsum hoc & uenerabile Sacramentum singulari ueneratione, ac solemnitate celebraretur, ^f utque in processionibus reuerenter, & honorifice illud per uias, & loca publica circumferretur. Aequissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos, & memores testentur animos erga communem Dominum, ^g & Redemptorem pro tam ineffabili, & plane diuino beneficio, quo mortis eius uictoria & triumphus repraesentatur. Atque sic quidem oportuit uictoricem ueritatem de mendacio & haeresi triumphum agere ut eius aduersarij in conspectu tanti splendoris & in tanta uniuersae Ecclesiae letitia positi, uel debilitati, & fracti tabescant, uel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant.

^a Insa ca. non. 6.

^b Psalm. 96. Hebr. 1. March. 7.4. March. 28. ^c Luca 24. ^d Urbanus Papa citatus Clementinorum lib. 3. de reliq. & uenerat. sanctorum. ^e infra can. 6. f. l. Cor. 15. Hebr. 2.

¹ Vide repert. Inquisit. uerb. laetitia, Durant. de ritibus Ecclesiae lib. 2. cap. 40. Azet. d. ad l. 2. num. 1.4. tit. 1. lib. 1. nou. recop. Soar. tom. 2. de Sacrament. disput. 35. & de Relig. tom. 1. lib. 2. de ritibus festis cap. 7. de festis Christi post Resurrectionem num. 4. Aegid. de Coniung. de Sacram. & censur. quast. 73. num. 15. & quast. 76. num. 85. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 29. num. 37. in fin. r. Raph. de la Torre in 2. 2. D. Thomae tom. 2. quast. 99. art. 3. disput. 8. in princip. Paul. Fusc. de uisitat. lib. 1. cap. 5. num. 5. Mostel. in summa Theologia moralis tract. 3. cap. 6. num. 10. & tract. 11. cap. 6. num. 30. Homobon. de bonis de examine Eccles. p. 1. tract. 4. cap. 12. quast. 113. ² Peculiari quodam, & festo die, &c. Urbanus IV. in consuet. 1. incip. Transiturus de hoc mundo ad Patrem, de anno 1262. decernit ut uelocitas festi corporis Christi solemniori, & frequentiori apud Christianum populum cultu & ueneratione colatur feria quinta proxime sequenti octauam Pentecostes, quam quidem iucundiorum facit publica totius Cleri, & populi supplicatio eo die de more fieri solita, & peccatorum condonatio, quae beneficio Pontificis conceditur singulis, qui hoc die festo diuinis officijs interfunt, & habetur in Clem. si Dominum, de reliq. & uenerat. Sanctor. referunt Azor. instit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 14. Vicent. Filiuc. in quast. moral. lib. tom. 2. tract. 27. cap. 3.

num. 45. Suar. d. e. 7. de festis Christi post Resurrectionem num. 3. Officium sanctissimi Corporis Christi fuit compositum a S. Thoma Doctore Angelico iussu eiusdem Urbani IV. a quo in praemium retulit columnam argenteam, ita ex Naucler. & Genebrard. refert Raguc. de Missa in Ecclesia quast. 109. num. 3.

⁴ Festiuitatem istam tempore interdicti apertis Ecclesiarum ianuis celebrari posse edixit Martinus V. consuet. 12. incip. Ineffabile. 7. Kal. Iunij 1429.

⁵ Processio sanctissimi Corporis Christi in eius festo debet inchoari a Cathedrali, Sel. in selectis Canonice. cap. 11. num. 2. ubi refert ita decretum per S. Congreg. Rit. in Tuscanen. 19. Augusti 1619. Magis enim decet ut solemnitas uenerabilis Sacramenti celebretur in Cathedrali Ecclesia, quam in alia, ex eaque sumatur sanctissimum Sacramentum, & in processione per uias publicas circumferatur, & ad eandem Ecclesiam referatur, sicut testatur resolutum Armendar. in addit. ad recop. legum Navarrae lib. 4. titul. 29. l. 1. §. 1. de constituendo semel in anno, num. 8. De anniversario pro celebranda festiuitate sanctissimi Corporis Christi, uide Perez de Lara de anniuers. & Capellan. lib. 1. cap. 24. per tot. ubi numero 9. quaerit cur festum Corporis Christi non celebretur in die Cae. Domini?

De Afferuando S. Eucharistiae Sacramento, & ad infirmos deferendo.

C A P V T VI.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Parochiali in Ecclesia, quamuis pauperi, afferuari debet Eucharistiae sacramentum.
- 3 Ordinarius non potest concedere licentiam afferuandi sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non Parochiali.
- 4 Sacrarium ubi & quomodo collocandum.
- 5 Eucharistiae sacramentum quomodo ad infirmos deferendum.
- 6 Onus deferendi sanctissimum Sacramentum ad infirmos est de pertinentibus ad curam animarum.
- 7 Eucharistiae sacramentum est deferendum ad infirmos.

Barbos. Collect. in Concil. Trid.

F 3 mos.

^a Infe. can. 7. c. 1. de celebrat. Miss. c. 1. de eucharist. c. Presbyter. de consecrat. dist. 2. b. 1. Niceni fortè c. 14. c. Conc. Rhe. c. 2. C. de Lar. sub Innoc. 3. c. 26. c. praf. 93. dist. d. Ancyran. c. 6. 1. Niceni. c. 12. Carth. 4. cap. 77. 78. Agath. c. 15.

mos, vt illud sumant, non vt adorent.
§ Eucharistia sacramentum non est ministran-

dum sub specie vini si infirmus non possit deglutire, sub specie panis.

Consuetudo^a afferuandi^a in sacrario sanctam Eucharistiam, adeo antiqua est, vt eam sæculum etiam^b Niceni Concilij agnouerit. § Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc vsum diligenter in Ecclesijs conseruari, præterquam quod cum summa æquitate, & ratione coniunctum est, tum multis in^c Concilij præceptum inueniatur, & vetustissimo Catholice^d Ecclesie more est obseruatum, Quare sancta hæc Synodus retinendum, omnino salutarem hunc, & necessarium morem statuit.

Vide cap. Presbyter, de consecrat. dist. 2. cap. sanè, de celebrat. Missar. c. 1. de custodia Euchar. Durand. in rationali diuinorum officior. lib. 1. cap. 16. num. 10. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. num. 9. Henriquez in summa lib. 8. cap. 28. §. 2. l. i. H. Aegid. de Coninck de Sacramenti & censur. quest. 76. num. 85. cum seqq. meupsum de officio & potestate Parochi, cap. 20. ex num. 27.

1. Parochiali in Ecclesia, quantumuis pauperi, afferuari debere sanctissimum Eucharistie sacramentum docet Sel. in selectis Canon. cap. 11. num. 12. vbi testatur ita resolutum in Vrbinaten. 22. Martij 1594.

2. Non posse concedi ab Ordinario licentiam afferuandi sanctissimum Eucharistie sacramentum in Ecclesia non Parochiali pro adoratione fidelium, sed requiri Sedis Apostolicæ facultatem, decisum referunt Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 4. collectan. 1216. & in praxi rerum fore ecclesiast. post resolut. 495. in notabil. de materia Episcop. infirmo. Piafecijs dict. cap. 3. num. 3. vers. duo. Marc. Antonius Genensis in praxi Archiepiscop. Neapolitan. cap. 110. Ego ipse in collect. ad d. cap. sanè, num. 7.

3. In sacrario.] Collocato in Altari maiori, vel saltem, si ibi conseruari non possit, in aliquo Ecclesie conspicuo, & nobiliori loco, decenter pro facultatibus loci ornato, & bene clauso, ac clauis ipsius, non relinquatur in Altari, seu alio communi loco, sed penes Parochum, vel Capellanum custodiatur. Intus etiam decenter ornari debet, & tenenda sunt ibi duæ pyxides, in quarum vna conseruetur sanctissimum Sacramentum, in altera deferatur ad infirmos, & pyxides istæ non nisi super Altari viatico, vel super corporali collocentur: ibique olea sacra tenenda non sunt, sed in alio separato decenti lo-

co. Ita Fuscus de Visitat. lib. 1. cap. 5. num. 3. Piafecijs in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 24. vers. vnde primò, Aloyf. Riccius in decisuris Archiepiscop. Neapolitan. decis. 23. num. 5. p. 4. Ego ipse in collectan. ad cap. sanè 10. num. 2. & 3. de celebratione Missarum, & de officio & potestate Episcopi, part. 2. allegat. 22. & de officio & potestate Parochi, cap. 20. num. 27.

4. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, &c.] Deferendam esse admonet text. in dicto cap. sanè, habitu decenti, supposito mundo velamine, & cum superpelliceo, lumine præcedente, cum omni reuerentia, & honore, vultu dimisso ante pectus, cum vase argenteo, vel saltem in calice velo serico cooperto, cum pallio honesto, præcedente tintinnabulo, vt cuncti genu flectant, Psalmos, seu orationes inter eundem recitando, ita Paul. Fuscus dicto cap. 5. num. 10. Cened. ad Decretales collectan. 51. à n. 2. Piafecijs dict. vers. vnde primò, aduertens non esse deferendū per plateam in qua habitant Iudæi.

5. Onus huiusmodi deferendi sanctissimum Sacramentum ad infirmos esse de pertinentibus ad curam animarum, censuit Rota decis. 340. num. 1. part. 2. recent. quem refero ego ipse in collect. ad d. cap. sanè, num. 5. & de officio & potestate Parochi, c. 20. num. 31.

6. Et ita deferendum est vt illud sumant, non vt adorent tantum, sicut referunt decisum Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno, num. 9. Aloyf. Riccius d. decis. 23. à num. 7. p. 4. Ego ipse d. cap. 20. num. 44. vbi refero Zerolam. & Zypaum.

7. Nec est ministrandum sub specie vini si infirmus non possit deglutire sub specie panis, vt tradunt Soar. tom. 3. disp. 71. sect. 7. Squillante de obligat. clericor. p. 2. num. 76. quos refero d. c. 20. num. 45.

De Preparatione, que adhibenda est vt dignè quis sacram Eucharistiam percipiat.

C A P V T V I I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Ieiuno dandum sanctissimum Eucharistie sacramentum.
- 3 Peccatum carnale committens debet per aliquod temporis spatium abstinere sub veniali à Communionem.
- 4 Nullus cum conscientia p. m. accedere debet ad recipiendam Eucharistiam, absque præuia Confessione.
- 5 Confessio peccatorum mort. an fieri debeat de iure

diuino ante Eucharistiam.

- 6 Communicare quando liceat non præmissa Confessione peccati mortalis.
- 7 Confessoris alterius præter proprium habens copiam, non potest ad Eucharistiam accedere sine præmissa Confessione.
- 8 Sacerdos, qui urgente necessitate celebrauit non præmissa Confessione peccati mort. tenetur quamprimum confiteri.
- 9 Quamprimum hic quid.

^a 3. Cor. 11. c. quid ergo. cap. sancta c. sicut Iudas, & c. timorè de consecr. dist. 2. b. 1. Cor. 11. c. qui teletate, de consecrat. dist. 3. c. quotidie. & c. panè, de consecr. dist. 2. c. omnis qui, cum seq. de pen. dist. 1. & inf. c. 11.

SI non decet ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sanctè, certè quo magis sanctitas, & diuinitas cælestis huius Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cauere ille debet, ne absque magna reuerentia, & sanctitate ad id recipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis & verba apud^a Apostolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum^b: Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, & vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi^c contritus videatur, absque præmissa sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat: quod à Christianis omnibus,

bus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incumbere celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo seruandum esse decreuit, *modo non desit illis copia Confessoris, & quod si necessitate urgente, Sacerdos absque præuia Confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.*

1. **V**ide Nauarr. in manual. cap. 2. num. 7. cum seqq. & de oratione miscel. 39. num. 155. & in cap. fratres, de poenitent. dist. 3. num. 110. Hentiquez in summ. lib. 8. cap. 34. §. 3. litt. P. Sayr. de Sacramentis in genere lib. 2. cap. 47. g. 3. art. 2. Aegid. de Coninck de Sacramentis & censur. quest. 80. num. 5. cum seqq. Vasquez in 3. part. D. Thoma tom. 3. disp. 208. à num. 1. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 29. num. 98. Fernandez in examine Theologia moral. p. 3. cap. 4. §. 8. lul. Lauor. de Iubilao p. 2. cap. 5. num. 8. cum seqq. Paul. Layman in Theologia moral. lib. 5. tract. 4. cap. 6. Moltes. in summa Theologia moral. tract. 3. cap. 8. num. 59. cum seqq. Filluc. in quest. moral. tom. 1. tract. 4. num. 210. cum seqq. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 7. num. 38. metuplum de offic. & potest. Parochi. cap. 20. num. 18. cum seqq.

2. **Magna reuerentia, & sanctitate.**] Contra reuerentiam huic sanctissimo Sacramento debitam fieret, ac illicitum foret vbi nullum probabile periculum mortis, vel superuenientis diuturnæ phrenesis infirmo imminere videretur, non ieiunio illud ministrare, ita ex Zambran. & Paul. Layman resolutum d. cap. 20. num. 37. Debet enim suscipiur à media nocte esse ieiunus, ieiunio non solum ecclesiastico, verum etiam naturali, cap. liquido, de consecr. dist. 2. cap. ex parte, de celebrat. Missar. vbi dixi in collect. num. 3. Jacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 30. num. 13. Menoch. de arbit. casu 406. Barthol. ab Angelo dialog. 4. §. 203. & dialog. 5. de Missa §. 198. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 10. cap. 30. quest. 2. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prelat. tom. 1. quest. 40. art. 13. conclus. 1. Bonacina de Sacram. disp. 4. quest. 6. puncto 2. num. 5. Hurtado de Sacramentis tom. 2. tract. de Eucharistia disputat. 9. diffie. 14. vbi disput. 15. quaerit an ieiunium ad sumptionem Eucharistiae prærequiritum debeat esse naturale, an sufficiat Ecclesiasticum? & diffie. 16. Vtrum Eucharistia possit aliquando à non ieiuno sumi?

3. **Eodem modo peccatum carnale committens, vt fornicationis, vel pollutionis, debet per aliquod temporis spatium, vt per diem, abstinere sub veniali à Communionem;** etiam si patrat peccati Confessionem fecerit, nisi adsit iusta causa communicandi, veluti si sit magnæ solemnitatis festus, aut dies iubilati; vel si commode in sequentem diem differri nequeat. Ita Barthol. ab Angelo d. dialog. 4. §. 221. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 117. Soar. Sot. & alij apud Bonacin. d. punct. 2. num. 3. Hurtado d. tract. de Eucharist. disput. 9. diffie. 13.

Verba apud Apostolum, &c.] 1. ad Corinth. c. 10. vers. 27. relata in cap. quid ergo, & in cap. sancta, & in cap. sicut Iudas, & in cap. timorem, de consecrat. dist. 2.

2. **Probet seipsum homo, &c.**] Vide cap. quotidie, cap. qui sceleratè, cap. panem, de consecr. dist. 2. Vasquez d. tom. 3. disp. 180. num. 52. Petr. de Ledesma in summ. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 10. conclus. 15. vers. à ista dubda. Ioann. de Lugo de Sacrament. tract. de Euchar. disput. 15. sect. 1. num. 7. vbi dicit aliquos Patres intelligere illud verbum probet, non solum de probatione necessaria auferendo mortalia, sed etiam de purgatione à venialibus, & eorum radicibus, quæ impediunt aliquo modo fructum Sacramenti.

4. **Nullus sibi conscius peccati mortalis, &c.**] Nullum cum conscientia peccati mort. accedere debere ad recipiendam Eucharistiam absque præuia Confessione, tradunt Azor. instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 31. g. 2. Petr. de Ledesma d. tract. de Eucharist. cap. 11. conclus. 8. Hurtado d. tract. de Eucharist. disp. 9. diffie. 5. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 29. num. 48. citatos per me in collect. ad cap. de homine, num. 7. de celebr. Missar. Layman in Theologia moral. lib. 5. tract. 4. cap. 6. nu. 4. & 5. plures quos refert Bonacin. d. g. 6. punct. 1. à num. 8. vbi num. 9. docet hunc cum conscientia peccati mortalis Eucharistiam sumentem grauius peccare quo grauius est peccatum, obseruatque cum alijs, quos citat, differentiam inter illum, qui accedit ad Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, & inter eum, qui conscientiam habet peccati venialis, quod qui

habet conscientiam tantum peccati venialis, non impeditur quin Eucharistia fructum recipiat, cum peccatum veniale, quamuis actualiter committatur, non sit obex ad diuinam gratiam, neque cum ea sit incompatible. Ioann. de Lugo d. tract. de Eucharist. disp. 14. sect. 4. num. 54. cum seqq. Ioann. Sanc. in select. disput. 22. num. 4. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 7. num. 46. cum seqq.

An de iure diuino sacra peccatorum mortalium Confessio ante Eucharistiam fieri debeat? Affirmant Hentiquez in summ. lib. 8. cap. 45. §. 3. in commento litt. P. & V. Hurtado d. disput. 9. diffie. 5. Azor. d. cap. 31. g. 2. Cened. ad Dieret. fal. collect. 98. num. 1. Valent. tom. 4. disp. 6. g. 8. puncto 3. ad 1. Vasq. tom. 3. disp. 208. à num. 15. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 103. Bonacina d. g. 6. puncto 1. num. 35. late Ioan. de Lugo d. disp. 14. sect. 4. num. 69. cum seqq.

6. **Modo non desit illis copia Confessoris, &c.**] Non præmissa Confessione peccati mortalis iam committi communicare licet, si adsit necessitas communicandi, nec adsit copia Confessoris, dummodo præmittatur saltem contritionis actus ne indignè suscipiatur Eucharistia cum peccato mortali: nam actus contritionis est in nostra potestate, posito diuino auxilio, quo Deus nunquam nos deserit. Ita docent Cano in relect. de Poenit. p. 5. §. ad tertium non est difficile, Cordub. lib. 1. quest. 16. ante fin. Ioann. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Eucharist. disp. 14. sect. 5. ex num. 81. Barthol. ab Angel. d. dial. 4. §. 189. Chameror. de Euchar. cap. 9. dub. 7. & cap. 10. dub. 13. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 99. & 109. Azor. d. cap. 31. quest. 3. Cened. d. collect. 98. num. 1. Vasquez tom. 3. disput. 208. à num. 15. Bonacina d. g. 6. punct. 1. num. 13.

Vnde colligitur eum non posse ad Eucharistiam accedere sine præmissa Confessione, qui non habet copiam proprii Confessarij, sed alterius, cui non consuevit propria peccata confiteri; hic enim non dicitur esse in necessitate communicandi sine Confessione, cum habeat copiam alterius Confessarij approbati, quamuis peccata sua maiori cum deuotione Confessario soleat confiteri. Ita Hentiquez d. lib. 8. cap. 47. Petr. de Ledesma d. tract. de Eucharist. cap. 11. vers. 10. quarto, Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 107. & 108. ad fin. Azor. d. cap. 30. g. 8. Bonacina d. punct. 1. num. 27. vbi num. 28. resolut eum, qui habet necessitatem communicandi, sed non habet copiam Confessarij approbati, aut si habeat copiam Confessarij approbati, rationabiliter timet manifestandum peccatum in Confessione expressum, posse licite communicare, non præmissa confessione illius peccati, quod rationabiliter timet manifestandum, si illud detegat in Confessione, & num. 29. tenet eum, qui habet necessitatem communicandi, sed non habet copiam Confessarij approbati, posse licite communicare, non præmissa Confessione, quamuis habeat copiam Confessoris non approbati, nisi forte habeat privilegium eligendi sibi Confessarium non approbatum, tunc enim eum possit illum Sacerdotem ex privilegio eligere, non dicitur esse in necessitate communicandi sine præmissa Confessione, & num. 30. cum Nugno, Valer. Reginald. Soar. & alijs, subdit illam loci distantiam inter poenitentem, & confessorium sufficere, vt poenitens dicatur non habere copiam Confessarij, & consequenter possit non præmissa Confessione celebrare, quia ob difficultatem itineris, vel breuitatem temporis, vel ob vrgentia negotia, vel ob periculum scandali, seu infamiae; Sacerdos non potest hic & nunc Confessarium adire sine magno incommodo: plures alios casus percipit Filluc. in quest. moral. tom. 1. tract. 4. à num. 214.

8. **Quod si necessitate urgente, &c.**] Sacerdotem, qui vrgente necessitate celebrauit, non præmissa Confessione peccati mort. teneri quamprimum confiteri, non sic statim laicum, qui sine præmissa Confessione suscepit Eucharistiam, per hunc text. doceat Doctores infra citandi, ex ea ratione, quia Con. il. loquitur solum de Presbyteris; argumentum autem à simili non habet locum in materia

matéria præceptorum à iure positivo emanantium, & sic non obligat superior per ea, quæ præciperet si animadverteret, sed per ea, quæ actu præcipit: ita Molfes. *in sum. tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28.* Filiuc. *tom. 1. tract. 4. cap. 8. q. 5. num. 221.* Possenin. *de administrat. Sacrament. cap. 5. num. 40.* Galet. *in margarita casuum conscient. verb. Eucharistia 3.* Nald. *in summa verb. Sacerdos, num. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. num. 110.* Layman *d. tract. 4. cap. 6. num. 7.* Ioann. de Lugo *de Sacram. tomo 1. tract. de venerabili Eucharist. sacram. disp. 14. sect. 7. num. 138.* Hurtado *de Sacram. tomo 2. tract. de Eucharistia, disp. 9. diff. 7. in princ. vbi etiam quod hoc præceptum non est diuinum, sed tantum Ecclesiasticum.* Barthol. à S. Fausto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 4. quest. 20.* Ego ipse *de officio, & potestate Parochi, cap. 20. num. 39.* & plures alij apud Bonacin. *d. puncto 1. num. 37.* Vnde Parochi deficientes sibi Confessoris copia poterunt præmissa Confessione celebrare illis diebus, in quibus tenentur ex officio ad factum faciendum ne Parochiani careant Missa. Ita Squilante *de oblig. Sacerd. part. 1. num. 118.* Raguc. *in lucerna Paroch. tract. de Euchar. q. 24.* Paul. Layman *lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 6.* Marchun. *de Sacram. Ordinis tract. 3. p. 3. cap. 1. num. 4. cum seq.*

Causa autem necessitatis ex mente omnium Doctorem ille indicatur, quando bona fama Sacerdotis periclitaretur nisi celebraret; aut si fidelis quis in articulo mortis existens, communicaturus esset, nulla existente Hostia consecrata, posset ad infirmum communicandum celebrare, licet non adesset Confessarius, cui confiteri posset; aut ne Parochus totum populum sine Missa relinqueret, aut perficeret sacrificium, scilicet Missam ab alio Sacerdote inceptam, qui ob ægritudinem valde subitam non potuit illam perficere. Ita Ioan. Sanc. *d. disputat. 32. num. 4.* & aduertit Ioan. de Lugo *d. disputat. 14. sect. 5. num. 107.* cum seqq. casus necessitatis ab aliquibus ad duo capita reduci, primum est instantis mortis, si aliquis, v. g. in mortis articulo non possit confiteri, aut absolutionem obtinere, & possit communicare, in quo casu concedunt omnes posse id fieri. Secundum caput est infamiae, aut detrimenti, quod incurritur si homo non communicet.

9. *¶ Quamprimum confiteatur.* Hanc particulam ita intelligendam fore credit Molfes. *d. tom. 1. tract. 1. cap. 10. num. 28.* & Fagundez *in quinq. Ecclesie præcepta tract. 3. lib. 7. cap. 8. num. 9.* vt Sacerdos postea confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem. At Diana *moral. resolut. part. 1. tract. de celebrat. Missar. resolut. 60.* illud quamprimum, intelligit, id est, intra triduum. At Zerola *in praxi Pœnitens. cap. 10. quest. 32.* & Barthol. à S. Fausto *d. lib. 4. quest. 20.* extendunt vsque ad mane sequens. Verum Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom. 1. tract. de venerabili Eucharistie sacramento, disputat. 14. sect. 7. num. 162.* obseruat intentionem Concilij fuisse Sacerdotum conscientiam & puritati consulere, idcirco voluisse prouidere ita per-

mittendo in casu veræ necessitatis celebrare cum contritione, vt maneret obligatio confitendi data occasione, vt tollatur periculum sepius, celebrandi absque Confessione: vnde infert posse contingere quod aliquando obliget illud præceptum sub mort. ad confitendum eadem die, quando scilicet hodie habet Confessarium, & non est certum, an cras illud sit habiturus, cum tamen inter eadem necessitas celebrandi cras; tunc enim etiam si tero die habiturus sit certo Confessarium, debet hodie confiteri, quia dilatio illa, licet sit parua quoad tempus, est magna in qualitate; cum sit causa celebrandi iterum absque Confessione. Et quod Sacerdos celebrans absque præuia Confessione ob inopiam Confessarij teneatur quamprimum possit confiteri, si aliud gratie non obstat, tenet Ioan. Sanc. *in selectis disput. 32. num. 14. vers. cum autem Concilium.*

Sed dubitant nonnulli, an hæc verba consilium, aut præceptum inducant? Importare consilium, crediderunt Petr. de Ledesma *in sum. m. de Eucharist. p. 1. cap. 11. ante 9. conclus. Villalob. etiam in sum. tract. 7. difficult. 37. num. 6.* Fagundez *præcept. 3. lib. 2. cap. 8. num. 9.* Sed alij melius præceptum inducere affirmant, vt sunt Suarez *de Sacram. disp. 66. sect. 7.* Hurtado *de Eucharist. disp. 9. diff. 7. in fine.* Agid. *de Coniunct. de Sacrament. quest. 80. art. 4. in fine.* Bonacina *cod. tract. disput. 4. quest. 5. puncto 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 110.* quos refert & sequitur Ioan. Sanc. *d. disput. 32. nu. 12.* Ioan. de Lugo *d. tract. de Eucharist. disput. 14. sect. 7. num. 135.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 4. quest. 20. in fine.*

Virum autem qui non necessitate, nec carentia Confessarij, sed ex mera malitia, & culpabiliter celebrat absque Confessione, obligetur hoc præcepto Tridentini ad postea quamprimum confitendum. Contra Syluum negat Ioan. de Lugo *d. disputat. 14. sect. 7. num. 110.* Ioan. Sanc. *d. disputat. 32. num. 12. in fine.* vbi idem dicit, quando ex oblivione desijt confiteri aliquod peccatum, Bonacina *d. puncto 1. num. 38.* vbi resoluit Sacerdotem, qui ex sua malitia celebravit in peccato mort. non præmissa Confessione, non teneri quamprimum post celebrationem confiteri, hoc enim non dicitur celebrasse urgente necessitate, sed ex malitia: Tridentinum vero loquitur de Sacerdote celebrante ex necessitate absque præmissa Confessione, & num. 40, tenet Sacerdotem urgente necessitate communicantem, more laicorum absque præmissa mortalium Confessione, non teneri post Communionem ex hoc decreto statim confiteri, quia text. in præsentem loquitur de Sacerdote celebrante, & non comprehendit laicum, ex Vasq. *disputat. 208. num. 23.* Soar. *disput. 66. sect. 7.* Agid. *de Coniunct. quest. 80. art. 4. in fine.* Reginald. *libro 29. num. 110.* quos refert & sequitur Hurtado *d. tract. de Eucharist. disput. 9. difficult. 7. prop. fin.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 4. questione 21.*

De vsu huius admirabilis Sacramenti.

C A P V T V I I I.

^a Cap. quid est cum seq. c. dupliciter. & c. in illo de consecrat. dist. 2. Aug. cont. Donatist. sepe. Prosp. in lib. Sent. b Galat. 5. c Infr. can. 5. d Matth. 22. e c. relatum, de consecrat. dist. 2. infra cap. 10. f Ioann. 6. c. prima de consecrat. dist. 2.

Quoad vsu autem, ^a rectè & sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt. Quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, vt peccatores, alios tantum spiritaliter, illos nimirum, qui voto propositum illum cœlestem panem edentes, fide viva, ^b quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem sentiunt; tertios porò sacramentaliter simul & spiritaliter: hi autem sunt, qui ita se prius probant, & instruant, ^c vt vestem nuptialem induti ad diuinam hanc mensam accedant. In sacramentali autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici à sacerdotibus Communionem acciperent, ^d sacerdotes autem celebrantes se ipsos communicarent: qui mos, ^e tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure, ac merito retineri debet. Deinde autem pro paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, & obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, vt omnes & singuli, qui Christiano nomine cœsentur, in hoc vnitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conueniant, & concordent, memoresque tantæ maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini nostri, ^f qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandam

hæc

hæc sacra mysteria corporis & sanguinis eius fidei constantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint: & is verè eis sit animæ vita, & perpetua sanitas mentis: cuius vigore confortati, ex huius miseriæ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam peruenire valeant, eundem panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque vilo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi detegantur, & refellantur errores: placuit sanctæ Synodo hos canones subiungere vt omnes, iam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreses cauere vitarique debeant.

Vide Syluest. in summa verb. Eucharistia 7. q. 1. Sot. in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 1. Miranda de corpore Christi. quæst. 7. Ioan. Sanci in selectis disput. 30. num. 7. Soar. tom. 3. disp. 69. sect. 2. in 3. dicta. Henriquez in summa lib. 3. cap. 34. Varquez in 3. part. D. Thoma tom. 3. disput. 212. à num. 1. Agid. de Coniunct. de Sacrament. & censur. quæst. 30. art. 1. & quæst. 82. nu. 16. Ludouic. Beia in respons. casuum conscient. p. 4. casu 14.

vers. præterea. Iul. Lauer. de Iubilao p. 1. cap. 15 à num. 1. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 29. num. 66. Moltes in summa Theologia moral. tract. 3. cap. 8. num. 25. 33. & 34. Hurtado de Sacram. disp. 3. de Sacramentis in genere. diffie. 6. in fine, vbi per hunc text. dicit eos, qui voto panem cœlestè edunt fide viuæ, fructuū, & vilitatem illius sentire, id est, augmentum iustificationis, quamuis non sacramentalis.

g Psalm. 77. c. reuera, & c. omnia. de consecrat. dist. 2.

De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

- 1 Christus totus continetur in sanctissimo Eucharistiæ sacramento, supra cap. 1.
- 2 Substantia tota panis in corpus, & vini in sanguinem conuertitur in sacrosancto Eucharistiæ sacramento, supra cap. 4.
- 3 Christus totus continetur in sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, supra cap. 4.
- 4 Corpus verum, & sanguis Domini est in sacramento Eucharistiæ peracta consecratione, vt in hostijs consecratis post communionem reseruatis, supra cap. 3.
- 5 Effectus plures proueniunt ex sacramento Eucharistiæ, supra cap. 2.
- 6 Christus unigenitus Dei filius est in sacramento Eucharistiæ cultu latræ etiam externo adorandus, supra cap. 3.
- 7 Sacram. S. Eucharistiæ in sacrario asseruare, & ad infirmos deferre licet, supra cap. 6.
- 8 Christus in Eucharistiæ exhibitus sacramentaliter, ac realiter manducatur.
- 9 Christi fideles omnes cum ad annos discretionis peruenierint, tenentur singulis annis saltem in Paschate ad communicandum, infra sess. 14. de pœnit. cap. 5.
- 10 Eucharistiæ non est danda perpetuò, & absolutè fatuis, sed tantum semifatuis, & non continuò amentibus tempore, quo habent dilucida interualla.
- 11 Infirmo deliranti an præberi possit viaticum.
- 12 An ad annos discretionis peruenerit quis vt S. Eucharistiæ sumere possit, prudentium id parentum, & multo magis confessoriorum iudicio aestimandum.
- 13 Communicare quando quis dicatur in Paschate.
- 14 Regularis Sacerdos non potest tempore Paschali ministrare Eucharistiæ secularibus, vt adimpleant præceptum ecclesiasticum annuæ communionis.
- 15 Religiosi Fratres non possunt administrare populo S. Eucharistiæ die Paschatis.
- 16 Sacerdoti non celebranti licet seipsum communicare.
- 17 Confessio sacramentalis necessariò præmittenda à peccatore ante sumptionem S. Eucharistiæ habita copia confessoris, supra cap. 7.

α. C A N O N I.

Si quis negauerit, * in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantia-liter corpus & sanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum: sed dixerit tantummodo esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.

a Suprà c. 3. Concil. Constantinens.

β. C A N O N I I.

Si quis dixerit, ^b in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, & vini, vnà cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi: negaueritque mirabilem illam, & singularem conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis, & vini: quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissimè ^c Transubstantiationem appellat, anathema sit.

b Concil. idè damnans articulos Joan. V. Viles.

c Suprà c. 4.

γ. C A N O N I I I.

Si quis negauerit, ^d in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri: anathema sit.

d Conc. Flor. in decretis. Eugen. ad Armen. supr. c. 3. & infra sess. 21. c. 1. de commun.

δ. C A N O N I V.

Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantum in vsu, dum sumitur, non autem ante, vel post ^e & in hostijs seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, anathema sit.

ε. C A N O N V.

Si quis dixerit, ^f vel præcipuum fructuum sanctum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit.

e Suprà c. 3. f. Vide Conc. Florent. ibid. supr. cap. 2.

ζ CA.